Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ihesus

conuenerunt in unum. Et int
rogauit eum unus ex eis legis
doctor temptans eum. Quid magister
quod est mandatum magnum in
lege aut illi ihesus. Diliges dñm
deum tuum ex toto corde tuo et ex to
ta anima tua et ex tota mente tua
hoc est maximum et primum mandatum.
Secundum autem simile est
huic. Diliges proximum tuum sicut
te ipsum. In his duobus preceptis
tota lex pendet et prophete. Con
gregatis autem pharisei interroga
uit eos ihesus dicens. Quid uobis
uidetur de xpo. cuius filius est. Di
cunt ei. David. Ait illis. Quomodo
ergo dauid in spiritu uocat eum do
minum dicens. Dixit dominus dño
meo. sede a dextris meis. Donec
ponam inimicos tuos scabellum pe
dum tuorum. Si ergo dauid uocat
eum dñm dicens. Quomodo filius
eius est. Et nemo poterat respondere
ei uerbum. neque ausus fuit eum q̃s
quam ex illa die amplius interroga
re. Tunc XXIII ihesus locutus est ad tur
bas et ad discipulos suos
dicens. Super cathedram moysi se
derunt scribe et pharisei. Omnia
ergo quecumque dixerint uobis ser
uate et facite. Secundum uero
opera eorum nolite facere. Dicunt
enim et non faciunt. Alligant enim
onera grauia et importabilia et im
ponunt in humeros hominum
digito autem suo nolunt ea mouere.
Omnia uero opera sua faciunt ut
uideantur ab hominibus. Dilatant enim phylacteria sua. et
magnificant fimbrias. Amant
enim primos recubitus in cenis
et primas cathedras in synagogis
et salutationes in foro. et uocari ab
hominibus rabbi. Vos autem no
lite uocari rabbi. Unus est enim
magister uester qui in celis est.
Omnes autem uos fratres estis. Et
patrem nolite uocare uobis super
terram. Unus est enim pater uester
qui in celis est. nec uocemini ma
gistri quia magister uester unus
est christus. Qui maior est uester
erit minister uester. Qui autem
se exaltauit humiliabitur. et qui
se humiliat exaltabitur. Ve uo
bis scribe et pharisei ypocrite.
qui clauditis regnum celorum
ante homines. Vos enim non intra
tis nec introeuntes sinitis intra
re. Ve uobis scribe et ypocrite.
pharisei qui comeditis domos
uiduarum occasione longa oran
tes. Propter hoc accipietis am
plius iudicium. Ve uobis scribe
et pharisei ypocrite qui circui
tis mare et aridam ut faciatis
unum proselitum. et cum fuerit
factus facitis eum filium gehe
ne duplo quam uos. Ve uobis
duces ceci. qui dicitis. quicumque
iurauerit per templum dei nihil
est. qui autem iurauerit in auro
templi debet. Stulti et ceci. quid
enim est maius. aurum an tem
plum. quod sanctificat aurum